



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De bonis, qu[ae]e piis hominibus in futura vita reconduuntur. 71.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

ignis, neque præcipitium, neque ensis, neque laqueus grauia videntur. Huic ardua quæ que facilia sunt.

De bonis, quæ piis hominibus in futura vita reconduntur.

71.

*Cum tuus et prauis sol luceat, atque in eorum
Optime Christe tuus decidat imber agros:
Quot bona siderea iustis seruentur in arce,
Quenam vox hominis commemorare queat?
O quater atque quater felix, qui demone victo
Tot fruitur supero latus in axe bonis!
Quam locus hic felix, Deus est ubi nectaris instar,
Et bibat usque licet, mens tamen usque sitit.*

SCHOLIA.

Cum tuus et prauis) Considerate fratres, inquit Augustinus, quæ dat Deus peccatoribus, & intelligite quid seruet & seruis suis. Peccatoribus blasphemantibus eum quotidie dat cælum & terram, dat fontes, fructus, salutem, filios, copias, libertatem. Hæc

*Tract. in
Psal. 85.*

S A C R A

omnia bona non dat nisi Deus
 Qui talia peccatoribus dat, quid
 eum putas seruare fidelibus
 suis? Hocne de illo sentiendum
 est, quia qui talia malis dat, nihil
 seruat bonis? Imò verò seruat
 terrā, sed cœlum. Vilius aliquid
 dico, cùm dico cœlum: sed feci
 sum, qui fecit cœlum.

Psal. 102 Et bibat vsque licet) Augustinus

hec Psalmistæ verba exponit

Qui replet in bonis desiderium tuum

modo, inquit, nõ satior. Ad quod

cunque me conuertero, vilescit

michi adeptum, quamuis accendat

desideratum. At in æternæ vitæ bonis

longè alio modo se res habet.

Nam, vt ait Gregorius, explicat

1 Pet. 1. illud Petri, In quem desiderant

angeli prospicere, desiderant

labore, quia desiderium satietas

imitatur: & satiantur sine fastidio

quia ipsa satietas ex desiderio

semper accenditur.

Piorum in calamitatibus
consolatio.

72.

*Ira progenies iram non sentit acerbam:
Ridet at in grauiibus perfida turba malis.
In lachrimis contrà sunt semper corda piorum:
Crescereque ut virtus, sic dolor ipse solet.
At quid ait mœsta Christi vox blanda columba.
Quæ cupit, amisso coniuge morte, necem?
Chara cohors animo ne concide summa voluptas
Excipiet luctus tempus in omne tuos.*

SCHOLIA.

Ira progenies) Soli filij Iræ, inquit *Epi. 256.*
Bernardus in Epistolis, iram non
sentiunt, nec tristantur tristibus,
sed latentur & exultant in re-
bus pessimis. Contrà plena est
Scriptura piorum suspiriis &
gemitibus, qui dum se in hac
vita peregrinos & exules sen-
tiunt in perpetuis lachrimis ver-
santur, nihilque magis in votis
habent, quàm hinc excedere,

p iij